

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Diuicie bm  
cum fonte primo

Is maxime diuiciis fruitur qui minime diuiciis indiget.

Nemo autem sollicito bono fruitur.

Adicere aliquid intendit; et dum de incremento cogitat, oblitus est usus.

Seneca XIII. epistola.

'Is maxime divitiis fruitur qui minime divitiis indiget.'

'Ede' inquis 'auctorem'.

Ut scias quam benigni simus, propositum est aliena laudare:

Epicuri est aut Metrodori aut alicuius ex illa officina.

Et quid interest quid dixerit? omnibus dixit.

Qui eget divitiis timet pro illis;

nemo autem sollicito bono fruitur.

Adicere illis aliquid studet; dum de incremento cogitat, oblitus est usus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 4.17-18

(L. Reynolds ed., vol.1, p.38, ll.3-10).